



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1611. usque ad annum 1617

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1777**

**VD18 90118898**

§. 180. Ferdinandus Archidux Austriæ & Styriæ Princeps a Mathia Cæsare  
in filium adoptatus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67313](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67313)

Sæc. XVII. Ordines afferebant ad hoc, ut fidem  
 A. C. 1617. suam ad alterius nutum componant,  
 sed duntaxat, ne pars una ab altera ob  
 Religionem opprimatur, cumque Ma-  
 ximilianus hanc libertatem eis absque  
 juramenti regii, vel conscientiae læsio-  
 ne concessisset, eadem ratione Cæsar  
 quoque Ordinibus *sub utraque* commu-  
 nicantibus sectam suam absque ullo  
 vel Pontificis, vel alterius cujuscumque  
 respectu liberam relinquere, tuta con-  
 scientia valeret. Attamen graves ob-  
 stiterant rationes, quæ Cæsarem a de-  
 neganda hac libertate absterrebant.

## §. CLXXX.

*Ferdinandus Archidux Austriae &  
 Styriae Princeps a Mathia Cæ-  
 sare in Filium adoptatus.*

*Carafa l. c.*  
*Jæger l. c. 4.*  
*Joan. Bapt.*  
*Naxi Hist.*  
*dela Rep.*  
*Ven.*

Cum Matthias Imperator senio gravis,  
 ac omni masculæ prolis spe destitu-  
 tus esset, eidem Maximilianus Archidux  
 auctor exstitit, ut de hærede, ac Re-  
 gnorum Successore nominando cogita-  
 re vellet. Hæc propositio ab initio mi-  
 nus grata accidit Imperatori, qui se vi-  
 vente veluti Cæsareæ Authoritatis fu-  
 neralia celebrari, ægre ferebat; postea  
 tamen funestis illius casibus, qui Reli-  
 gioni, & Domui Austriacæ, nondum  
 firmato successionis jure contingere pos-  
 sent,



sent, obviam iturus, Maximiliani con-  
 filium approbabat, quo cognito idem  
 Archidux, qui adhuc cælebs nonnisi  
 uno anno Mathia natu minor erat, iter  
 in Belgium instituit, ut his de rebus  
 cum Alberto Fratre suo, ac Belgii Gu-  
 bernatore, qui itidem sobolis expecta-  
 tione caruit, conferre posset: ineunte  
 autem Mense Majo Matthias Impera-  
 tor præter Maximilianum etiam Ferdi-  
 nandum Patrualem suum Styriæ Prin-  
 cipem ad se evocabat, simulque de ani-  
 mi sui proposito per internuntios etiam  
 Philippum III. Hispaniæ Regem Caro-  
 li V. Nepotem, necnon Albertum fra-  
 trem suum certiores reddebat, quibus  
 in consilii partem tractis hæc expone-  
 bat, „Ferdinandum e Patruo genitum  
 „mihi Filium, ac Regnorum successo-  
 „rem cooptare decrevi, nisi quid con-  
 „sultius aliud vobis occurrerit, sicque  
 „nullatenus ambigo, quin tum ipse  
 „Ferdinandus, tum Fratrum uterque  
 „præoptaturi sint, elegisse me comper-  
 „tæ claritudinis hæredem potius, quam  
 „incertas in spes Filium genuisse: nil  
 „ergo reliquum est, nisi ut, si hæc adop-  
 „tio, hic hæres ac Successor vobis cor-  
 „di est, in placita mea vos vestri Impe-  
 „ratoris Fratres Archiduces juretis ve-  
 „strumque jus ad Provincias in adopta-  
 „tum transferatis“: Applaudentibus  
 cun-

Sæc. XVII.  
 A. C. 1617.



Sæc. XVII. cunctis Imperator die tertia Maij totius  
 A. C. 1617. Bohemiæ comitia ad sextam Mensis Ju-  
 nii diem indixit.

§. CLXXXI.

*Comitia Pragæ in Bohemia a Cæsare habita.*

*Arch. l. 22.  
 p. 1508.  
 Cluver. epit.  
 p. 778.  
 Schade p. 4.  
 l. 6. p. 353.*

Præstituta igitur die omnibus Regni  
 Ordinibus in arce Pragensi congregatis, atque assidentibus Maximiliano, & Ferdinando Archiducibus, Mathias Imperator exposuit, cupere se, ac petere, ut, quemadmodum Filii loco Ferdinandum ipse summo totius Austriacæ Domus assensu adoptasset, in eumque Successionis jus post extinctionem Maximilianæ stirpis masculæ transtulisset, idem ipsis quoque placeret, ac lubentes permetterent, ut Regni quoque Bohemici eundem sibi designaret Successorem, ipsi vero designatum Regis Bohemorum Electi titulo, ritumque publico, die ac loco ab eis constituendo coronarent, vicissim tamen Ferdinandus Ordinibus Regni Bohemici insequentes has leges juramento se obstringeret. „I. Quod vivente Mathia „Cæsare Bohemici Regni gubernacula „nunquam sit attacturus, nec Reipublicæ Regiæ, Cæsareæque negotiis intrufurus operam suam, nisi de ejusdem